



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**In Vaticinia Isaiae, Prophetae Clarissimi, Paraphrasis,  
Heroico carmine conscripta**

**Carpenteius, Joannes**

**Antverpiæ, 1588**

Cap. 42.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68688](#)

<sup>28</sup> Vidi ego, nec verò nugas aut somnia narro,  
Millia multa hominum vario suspensa timore  
Frustra adiisse Deos, dubiusque in rebus, eorum  
Ne quicquam explorasse fidem, seu fata venirent  
Publica scitatum, seu scire domestica ius*sī*,  
Irrisisq; suos votis repetisse penates.

Nam quid consilij, quid opis dare, quid tibi certi  
Respondere queat simulacrum ex ære politum,  
Aut quod ab excisa de montibus abiecte creuit?

<sup>29</sup> Vani homines, ut bullæ leues, ut ventus inanes,  
Vana magis duro de stipite numina, fabri  
Sculpta manu, quibus heu miseri puluinar & aras  
Ponitis, & vario offertis libamina ritu.

## Cap. 42.

Certissimus  
horum com-  
mentarius  
apud Matth.  
et Iul. vbi haec  
interpretatur  
de Christo,  
qui iuxta di-  
speciationem  
carnis assum-  
ptæ, seruus  
stat.

Quem verò mitto, serui sub imagine vilis  
Ille licet veniat, Deus est tamen, ante micantem  
Luciferum genitus, ante omnia sacula natus:  
Illum ego stirpe mei per stemmata multa Iacobi  
Deductum, regesque at auos à matre ferentem  
Suscipiam, patrioq; aeternum amplectar amore,  
Electum mibi non casu, sed sorte, sed alto  
Consilio, & mentis nostræ ratione suprema,  
Quam fas spirituum nulli comprehendere, nulli  
Fas hominum: hic ille est, in quo ante exordia mundi,  
Ipse mihi placebo, ipsum me cognosco, tuorque,  
Quem super in terras moribundo corpore missum,  
Spiritus aetherea meus effundetur ab arce,  
Afflabitque virum delapsa cœlitus aura?  
Quippe cui dudum cœlo terraque marique  
Iudicium omne dedi, leges ut gentibus, & ius  
Proferat innocuum: <sup>2</sup> non ad prætoria iudex  
Litigiosa sedens, nec raucriurgia gaudens  
Exercere fori, sed pectore mitis, & ore,  
Pacem optare suos, pacem seruare docebit:  
Non odio præceps, non ille fauore remissus,  
Rumorū te audius, populari seruiet auræ,  
Personam, non rem spectans: sed rege sub isto,  
Iure, fluens opibus, pauperque fruetur eodem:

<sup>3</sup> Non inclinatum pede proteret iracundo:  
Crudelis calatum, non imbre grauante iacentem  
Calcat stipulam, nec linum extingue fumans  
Sponte volet, sed ab exigua si forte fauilla  
Semisepulta queat reduciua resurgere flamma,  
Ulro expectabit: nec enim communibus ille

28 Et vidi, & non erat  
neque ex iis quisquam  
qui iniret consilium,  
& interrogatus re-  
sponderet verbum.

<sup>29</sup> Ecce omnes iniu-  
sti, & vana opera eo-  
rum, ventus & inane  
simulachra eorum.

## Cap. 42.

1 Ecce seruus meus,  
fuscipiam eū: electus  
meus, complacuit sibi  
in illo anima mea:  
dedi spiritum meum  
supereum, iudicium  
Gentibus proferet.

<sup>2</sup> Non clamabit, ne-  
que accipiet personā,  
nec audiatur vox eius  
foris.

<sup>3</sup> Calatum quafla-  
tum non conteret, &  
linum fumigans non  
exinguat: in veritate  
educet iudicium.

Adueniet

Humanitas  
Christi erga  
infimos qui  
per calamum  
quassatum &  
linum fumi-  
gantur.

*Adueniet obſtare bonus, ſed lenis in omnes  
Afflictus pacem feret, oppreſſisque ſalutem.  
Non illo quiſquam ſub iudice flebit inultus  
Hostili patuiſſe dolo, fraudique nefandæ;*

*Non fixas preſcio leges, preſcioque reſixas,*

<sup>4.</sup> *N on erit triftis, ne-  
que turbulentus, do-  
nec ponat in terra iu-  
diciū: & legem eius  
iſulæ exſpectabunt.*

*Non gemet oppreſſus vñalia iura popellus:*

*Sed bona & ad normam veri iuſtique reducta  
Accipient lētæ gentes edicta, colentque.*

*Seu medias teneant, ſeu cinctas fluctibus oras,*

*Et natūratorum, & qui naſcentur ab illis,*

*Decretos cælo ritus, morēmque ſacrorum*

*Nullo viuacis peritum temporis euo.*

<sup>5.</sup> *Hæc dicit Domi-  
nus Deus creās cælos,  
& extendens eos: fir-  
mans terram, & quaē  
germinaunt ex ea: dās  
flatum populo qui eſt  
ſuper eām, & ſpiritu  
calcantibus eam.*

*Hæc verò ne vana putes deliria vatūm*

*Quorum os effictus furor in mendacia ſoluit;*

*Non ego (quanquam & me ventura recludere cælo  
Fata datum) non ipſe cano, Deus omnia complens*

*Numine, rerum opifex, magniꝝ creator Olympi,*

*Qui nullis ex principiis, & ſemine nullo*

*Condidit hanc molem, cælos, terrasque, fretumque,*

*Quiꝝ vago quotquot ſubſunt animantia cælo,*

*Auget, alit, fouet, & vitali ſoſpitat aura,*

*Ille Deus, cui cuncta patent, qui fallere neſcit,*

*Hæc vobis proprio bona nuntia pandit ab ore.*

<sup>6.</sup> *Namque ferunt olim, magni cum mœnia cæli  
Linquentem Natum mortales mittet in oras,  
Talia complexum iuueni mandata daturum:  
Nate mea vires, mea magna & ſola voluptas,  
Nate, ego quem in mortis cozor dimittere caſus;  
Non ego te, (quando tua magna & feruida virtus  
Et mea nota fides poſcit) ſine numine mittam  
Preſidioque meo, ſed tecum iunctus, & herens,  
Apprenſumque manu per cuncta pericula ducam  
Incolumem, nec te tempeſtas opprimet uilla,  
Præſide me, ſidoꝝ tua cuſtode ſalutis.  
Tu verò facito, ut fædus mortalibus aegris*

*Promiſſum coēat, quod nulla ut deleaf atas,*

*Morte tua firma, & fuſo ſubſcribe cruore.*

<sup>7.</sup> *Inde redux, & mox ſuperata morte triumphans,  
Reſtitues cæcis oculos, & carcere clauſis,  
Et nigro noctis iamduſum horrore ſepultis,  
Et cælum & lucem cum libertate reduces.*

<sup>8.</sup> *Hæc ego firma ut ſint faxo & rata, nec mea verba  
Irrita ventoſe rapient per inane procellæ.*

*Nam*

Ferè in ſcri-  
ptura per in-  
fulas, gentes  
intelligimus,  
quaē ex omni  
parte perfe-  
cutorum in-  
curſionibus  
patent.

<sup>7.</sup> *Vt aperites oculos  
carcorum, & educeres  
de conſuſione vi-  
ctuum, de domo carce-  
ris ſedentes in tene-  
bris.*

<sup>8.</sup> *Ego Dominus, hoc  
eſt nomen meū: glo-  
riam meam alteri nō  
dabo, & laudem meā  
ſculpilibus.*

Nam quis me præter, Dominus, cui regia cœli,  
Cui mare, cui tellus, inuitaque tartara parent?  
Non fero confortem regni, nec qui mihi soli  
Cœlestis debetur honos & gloria, lausque,  
Permittam sibi habere deos de stipite factos.

<sup>9</sup> Ergo nouis adhibete fidem gens iam noua fatis,  
Quando priora suas euentu teste videtis  
Obtinuisse vices, nec spem frustrasse, metum ve:  
Et mihi, quem penes est unum sors cognita rerum  
Visq; futurarum, ne detrectate volentes.

<sup>10</sup> Sed noua qui vobis felici tempora fato  
Spondet adesse, nouis dominum celebrate frequentes  
Carminibus, laudesque eius quæcumque remota est  
Ora canat, quæ prima nouum, quæ prima cadentem  
Suscepit aduerso contraria cardine solem.

Hic etiam vasti maris omnipotentia regna,  
Hic & vos dubius eadem qui regna carinis  
Audaces, & remigio freta concita putri  
Curritis, & nostri procul orbis ab axe diremii  
Incolitus meditis positas in fluctibus urbes,  
Ne pizeat gratas in carmina solnere linguas:  
<sup>11</sup> Ipsi dent saltus, ipsa auia, & horrida vocem  
Dent deserta, nouoq; Dei latentur honore:  
Iamq; feros saltus, siluasq; & inhospita tesqua  
Mitior upilio fugiens de Cedare linquat,  
Paulatimq; nouos discat consuecere mores,  
Vrbibus instructis incerta mapalia mutans.

<sup>12</sup> Et vos montani, de verticibus frondosis,  
Et vos petricolæ, qui scabra crepidine saxa,  
Et rupes colitis, de culminibus præruptis,  
Festiuum vestro carmen deducite Regi;  
Et plausu, gestu, linguisq; animisq; fauete;  
Et Dominum canite, atque eius componite laudes;  
Quis melius, certamen erit, seu quis pede vincet,  
Seu quis maluerit pede decertare soluto.

<sup>13</sup> Dicite, ut aethereo vindex descendit Olympo,  
Horrendumq; tonans, oculisq; ardentibus acrem  
Scintillans ignem, gentes populosq; rebelles  
Sernet; ut ille olim dux bello, & fortibus ausis  
Ante alios præstans, ultum qui damna suorum  
Resque suis saeuo repetitum venit ab hoste,  
Ut semel egressus castris, vicitria signa  
Extulit, & iam aciem multo impulit ære sonantem: -

Z Degener

<sup>9</sup> Quæ prima fuerunt, ecce venerunt:  
noua quoque ego annuntio: antequa oriatur, auditavobis facia.

<sup>10</sup> Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui descendit in mare, & plenitudo eius: insulae, & habitatores earum.

<sup>11</sup> Subleuetur desertum & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar; laudate habitatores Petreæ, de vertice montium clambabunt.

<sup>12</sup> Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt.

<sup>13</sup> Dominus sicut fortis egreditur, sicut vir præliator suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur.

Figurata per  
Cedar quem  
uis barbarū  
intellige.

Euangelio  
nullus locus  
inaccessus.

Exiitauit si-  
cūt gigas ad  
curriendā viā  
suā.

Degener extemplo loricas exuit hostis,  
Hastasque clypeosque, auersaque terga relinques  
Victori fodienda, fugit frustra ille timore,  
Frus tra projectis levior sibi creditus armis:  
Talis erit Deus armipotens, Deus Israëlis,  
Cum saevas acies impurum vertet in hostem,  
Et raptos sibi iure suo ulciscetur honores.  
Cuius maiestas & gloria suntuibus ingens  
Terror erit, sed leta piis, ut amabile sidus  
Luce salutari longum radiabit in eum.

Victoria verbi Dei admirabilis, & leta populo Christiano.

<sup>14</sup> Tacu semper, si  
lui, patiens sui, sicut  
parturiens loquar: dis-  
sipabo, & absorbebo  
sum.

Illi ringentur, contabescuntque videndo:  
Quos torue aspiciens, calidaque accensus ab ira,  
Hec Deus: O miseri, qui quod silui hactenus, audent,  
Heu male securi, decentiam mihi credere linguam,  
Mo que suis similem falsò sibi fingere diuis.  
Dissimulando equidem moliri saxa posse  
Pectora credideram, sed spes me vana fecellit.  
Quid superest igitur: patientia lesa furore  
Mutetur: certum est effundere parturientis  
More diu clausam fæto sub pectore bilem.  
Longanimis patiensq; fui, lentusque, sed ecce  
Iam qui sim, quem sponte sua spreuerè volentes,  
Faxo sciant, una quos mox eadèmque litura,  
Viuenterum libro er adam: stirpemque nepotum,  
Et genus inuisum absorbens, etiam ipsa locorum  
Nomina, naturam, faciemque, situmq; priorem  
Mutabo, colles subuertam, & funditus altos  
Excindam montes, & quidquid floret, aduram  
Non expectato maturæ tempore falcis;  
Fluminaque irriguas inter labentia valles,  
Stagnaque, piscofosisq; lacus, riuosq; salubres  
Siccabo, sistam fontes, vadisque paludes  
Mutabo, versis in siccâ canalibus arua.

Graue commi-  
natio, & ne-  
mo aduerit.

<sup>15</sup> Desertos faciam  
montes, & colles, &  
omne gramen eoru  
exscicabo: & ponam  
flumina in insulas, &  
stagna arefaciam.

Tum quibus à prima nascentis origine mundi  
Nox tenebris adoperta caput nigrantibus, almam  
Abstulerat lucem, & caligine merserat atria.  
Reddam oculos, reddam præclaro munere visum;  
Ut duce me, quam nescierant regione viarum  
Instant recta, qua per compendia coluna.  
Quæritur, & tenebris lux sese pandit abactis.  
Lux aeterna, micans, & sidere pulchrior omni.  
Ergo iter haud ullis anfractibus obliquatum,  
Nec scopulis tumidum, nec præcipiti depresso  
Descensu.

<sup>16</sup> Et ducam cæcos  
in viam quā nesciūt:  
& in semitis quas igno-  
raverunt, ambulare  
eos faciam: ponam  
tenebras coram eis in  
lucē, & praua in re-  
sta. hec verba feci eis,  
& non dereliqui eos.

*Descensu, vastis nec hiatibus intercisum,  
Sed planum, stratum, atque aquabile, pergit gressus  
Nil dubitante sequi: Deus haec Deus omnia gratis  
O gentes (nec enim vobis ex fædere quicquam  
Debetur) gratis dabit ille, & sponte, feretque  
Semper opem dubius praesenti numine rebus.*

<sup>17</sup> *At populus, cui lex fuerat data cælitus olim,  
Posthabit is populus quem legerat omnibus unum  
Ipse Deus, sacrumque sibi propriumq; dicarat,  
Longè alio incessit vaga per diuertia calle,  
Et diuera legens vestigia, sponte relapsus  
Post idola abiit, quæ detestanda sciebat.  
Non tamen hoc ipso longum latabere facto  
Infelix: te dira manent, semperque manebunt  
Progeniem tormenta tuam, cui fissile lignum,  
Aut fusum æs, aut rasile ebur, marmor-ve politum,  
Supplicibus colitur votis, & numen habetur.*

<sup>18</sup> *Quare si dictis adhibere fidelibus aures  
Respuitis, contraque diem, iam prorsus adulto  
Sole, reluctantes oculorum clauditis orbes,  
O verè surdi, o tenebris & nocte profunda  
Demersi! (<sup>19</sup> quis enim surdus, cæcusq; probari  
Iure potest alius, quam qui prudensq; sciensq;  
Quæ coram videt, & certissima cominus audit,  
Vera negare audet, miser, & vesanus, & amens?  
<sup>20</sup> Qui Domini precepta sui, legesque tenellis  
Doctus ab ungiculis, memoriq; oracula vatum  
Voce citans, inscripta notis, incisaq; tignis,  
Corde negat, factis odit ridetq; nefandis?)  
Audite hæc, quæ nequicquam denuntio vobis.*

<sup>21</sup> *Quandoquidem duro rigidi recordia ferro,  
Nec blandos monitus, nec verba minacia vatum,  
Quos magno numero per secula singula miseris  
Nec me ipsum veriti, quamvis mihi debita solit  
Sacra reposcentem, & iustos deitatis honores,  
Et facilem legum cultum, & pietatis amorem,  
Externos diuos, peregrinaque numina vobis  
Accersistis, & his & thure litastis & igne,  
Semiputres curui ad truncos, cariosaq; signa:  
<sup>22</sup> Vos ego, suppliciis meritos vlciscar acerbis,  
Ludibrio prædag; datos, crudelis ad usque  
Tædia victoris: quid enim, quo vilior essem,  
Aut intentatum vobis aut mansit omissum?*

Scribas &  
Phariseos no-  
nat, quideci-  
piuit plebem,  
habentes cla-  
uem scientiæ,  
nec intrates,  
nec alios in-  
trare finentes.

<sup>17</sup> Conuersi sunt re-  
trorsum: confundan-  
tur confusione, qui  
confidunt in sculpti-  
li, qui dicunt confia-  
tili, Vos dij nostri.

<sup>18</sup> Surdi audite, &  
cæci iuuenimi ad vi-  
dendum.

<sup>19</sup> Quis cæcus, nisi  
seruus meus? & sur-  
dis, nisi ad quem nū-  
tios meos misi? quis  
cæcus, nisi qui venü-  
datus est? & quis cæ-  
cus, nisi seruus Do-  
mini?

<sup>20</sup> Qui vides multa,  
nōnne custodies? qui  
apertas habes aures,  
nōnne audies?

<sup>21</sup> Et Dominus vo-  
luit ut sanctificaret  
eum, & magnificaret  
legem, & extolleret.

<sup>22</sup> Ipse autem popu-  
lus direptus, & vasta-  
tus: laqueus iuuenim  
omnes, & in dominis  
carcerum absconditi  
sunt: facti sunt in ra-  
pinā, nec est qui eruat:  
in direptionem, nec  
est qui dicat, Redde.

Sicilicet ipsa domus secreta cubilia vestrae  
Et quidquid priuum latet interiore recessu,  
Occupat omne deus, pictura ductus inani,  
I lignus deus, & puro circumlitus auro;  
Cui currus, thensasq; & puluinaria stulti  
Sacratis, iuueniung animos his ritibus, imo  
Retibus implicitos, vestra sub lege tenetis.  
Et mirum, si vos crudeli dedo rapina?

Nec sit pro vobis qui verba precantia fundat?

<sup>23</sup> Quis est in vobis  
qui audiat hoc, atten-  
dat & auscultet futu-  
ra?

Sic interpre-  
tatur diuis  
Cyrillus, &  
adducit Eze-  
chielis cap. 2,  
D. Hierony-  
mus paulo  
aliter.  
Tempore  
Isaiæ nō de-  
cebat Iudei  
qui idola co-  
lerent.

Atque utinā si nō quod nūc loquor omnibus aure  
Vellicat, ad paucos saltem cū fruge veniret,  
Effet & hic aliquis metus, & pia cura futuri;  
Et tantæ causas exquireret et altius iræ  
Vir sapiens, ictusq; semel peccare caueret:  
Nam quis prostratus adapertas mænibus urbes  
Isacidum, ad cædem truculento prodidit hosti?

Causæ iræ  
& furoris De-  
mini.

<sup>24</sup> Quis dedit in di-  
reptionem Iacob, &  
Israël vastib;: nō  
ne Dominus ipse, cui  
peccauimus? Et no-  
luerunt in viis eius  
ambulare, & non au-  
dierunt legem eius.

Quis strages, quis tot Iudeis funera campis  
Edidit? Assyriis non sunt hæc facta sarißis.  
Si nescis, Deus ipse Deus, per lata feracis  
Arua Palæstine raptorem immisit auarum,  
Quid nisi fæda dolens populi peccata rebellis?  
Contemtas leges? noua sacra, deosque Canopi  
Littore ab usque sacram ascitos Davidis in arcem?

<sup>25</sup> Et effudit super eū  
indignationem furo-  
ris sui, & forte bellū,  
& combussit eum in  
circitu, & nō cognovit: & succendit eum,  
& non intellexit.

Iure igitur toti laxauit fræna furori,  
Euomuitq; omnem male quam concixerat iram,  
Et bellum, bellum lacrymabile protinus oris  
Omnibus effudit: vide, adhuc incendia fumant  
Villarum, tellusq; rubet perfusa cruore,  
Captiuis, cheu, tellus inarata colonis.  
Et tamen, o cæcæ mentes, non criminis istud  
Esse sui inducunt animum, sed pectore perstant  
Indomito, morbiq; caput nescire latentis  
Malunt, quam morbum sublati tollere causis,  
Et reducem pronacer uice rogare salutem.

**Cap. 43.**  
<sup>1</sup> Et nunc hæc dicit  
Dominus creans te  
Iacob, & formans te  
Israël. Noli timere,  
quia redemi te, & vo-  
caui te nomine tuo:  
meus es tu.

Tu vero, non sic magni fate sanguine Iudeæ,  
Non illo tantum, quo se gens impia iactat,  
Israele tumens at quo, qui maximus illi  
Nobilitatis honos, sed me formante future  
Nobilior, nostræq; nouum decus addite stirpi;  
Pone metum, me nulla tibi custode nocebit  
Tempestas: meus es, magnoq; mihi ære redemptus:  
Pone metum, iamdudum ego te de nomine noui,  
Notumq; elegi, mea qui mysteria scires,

**Cap. 43.**  
Sermo est ad  
eos, qui tâ ex  
præceptio, quâ  
ex circunci-  
fione vocati  
sunt, præci-  
pue vero ad  
Apostolos, &  
verbi Dei  
præcones.

Proferresq;